Mythologia, Venise, 1567 - X [53-54] : De Baccho

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [53-54] : De Baccho *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre V

Mythologia, Venise, 1567 - V, 13 : De Baccho *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [53-54] : De Bacchus *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [53-54] : De Bacchus *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - X [53-54] : De Baccho, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1000

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1000?context=pdf

Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination297r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesBacchus
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1000?context=pdf

De Nymphis.

SED quoniam nulla res eſt, quæ tota ſit vtilis, cum neque ciborum maior pars in vtilitatem corporis conuertatur, neque tota materia aquæ gignendis animalibus ſit vtilis, cum alia pars in fœtum, alia in eius nutrimentum abſumatur, vt patet in ouis præcipuè, vires illas ſeminis, aut aquæ, ex quibus fit generatio, Nympharum nomine appellarunt; quare dictæ ſunt Nymphæ fructiferæ & homines atque animalia omnia nutrire, & paſtorum Deæ, præſidesq; pratorum vocatæ ſunt. Sic igitur per has materiam propriā ſingulis rebus naturalibus ſubiici, ſignificabant.

De Baccho.

NEQVE ea quidem, quæ de Baccho fingebantur ab antiquis fuerunt à phyſica conſideratione aliena, quando illum à nymphis nutritum dixerunt. cum enim Nymphæ materia ſint in rebus naturalibus, illæ formam recipiūt ac fouent: eſt enim Dionyſius virtus ſolis generationi conferens, quæ vicem maris obtinet in operibus naturæ. huic idcirco phallum ſiue mēbrum virile dicatum fuiſſe memorant, & genus id ſacrificii, quod vocabant Caniphoria. Ethicè.

Deinde mores ebrioſorum per hunc Deum exprimentes, ad moderatum vini vſum nos hortabantur, cum proponerent ante oculos quot turpitudines ex ebrietate naſcerentur. nam cur Cobali malefici & pernitioſi dęmones Bacchū comitabantur, inter quos Acratus præcipuum locū obtinebat? quia multa ſunt flagitia, quæ ebrietatem, ac immoderatum bibendi vſum ſequuntur; loquacitas nimirum, & temeritas, & impudentia, & in rebus domeſticis negligentia, præſentiumque bonarum profuſi ſumptus, & inimicitiæ, multaque huiuſmodi incommoda cum clamore & ſtrepitu. eadem cauſa fuit cur eius currum diuerſæ feræ crudeliſsimæ ſequerentur.

De Cerere.

MOX ad agrorum cultum mortales adhortabantur, cum Cererem terram eſſe dicerent ex qua naſcuntur diuitiæ; cum iuſtiſsimum ſit habitum fœnus illud, quod è terra capitur. terræ enim feracitas è cœli clementia & diligentia hominum naſcitur, quod per Cereris fabulam explicarunt. hæc orbem terrarum peragrauit, quoniam ob ſigniferi circuli obliquitatem, & ob ſolis curſum ſub eo, variis in locis pro variis anni temporibus æſtas fit, & ſegetes ad maturitatem perueniunt. At æthicè.

Nemo Deos impune contemnit, cum improbitatis comites ſint miſeriæ: neceſſe eſt impium hominem & imprudentem in multa turpia incurrere. quare & pietas in Deos & in rebus agendis prudentia, & parſimonia in præſentibus bonis conſeruandis neceſſaria eſt viro bono.

De Priapo.

ATQVE quoniam aliquid fieri è nihilo non poteſt, Priapum ſemen eſſe genitale crediderunt; quem Deum idcirco putarunt antiqui, quia diui-